

Universitätsbibliothek Wuppertal

T. Livi periochae omnivm librorvm fragmenta Oxyrhynchi reperta

Livius, Titus

Lipsiae, 1910

Prodigiorum liber

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-2880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-2880)

IVLII OBSEQVENTIS
AB ANNO VRBIS CONDITAE DV
PRODIGIORVM
LIBER

LIBRI
PRIDIUM
AB ANNO VRBIS CONDITAE DV
LVI OBSERVANTIS

L. Scipione C. Laelio coss.

564/190

Iunonis Lucinae templum fulmine ictum ita, ut fastigium valvaeque deformarentur. in finitimis pleraque [55] de caelo icta. Nursiae sereno nimbi orti et homines
 5 duo exanimati. Tusculi terra pluit. mula Reate peperit. supplicatio per decem pueros patrimos matrimos totidemque virgines habita.

M. Messala C. Livio coss.

566/188

luce inter horam tertiam et quartam tenebrae ortae. 2
 10 in Aventino lapidum pluviae novendiali expiatae. in [56] Hispania prospere militatum.

<Sp. Postumio Albino Q. Marcio Philippo coss.> 568/186

sacrum novendiale factum, quod in Piceno lapidibus 4
 pluit ignesque caelestes multifariam orti levi afflatu [59]
 15 complurium vestimenta adusserunt. aedes Iovis in Capitolio fulmine icta. in Vmbria semimas duodecim ferme annorum *inventus* aruspicumque iussu necatus. Galli, qui Alpibus transierunt in Italiam, sine proelio eiecti.

1 *Livius* XXXVII 3, 2 sq. || 3 Puteolis ante pleraque excidisse conicit Schefferus || 4 tacta Schefferus || 6 patrimos et Iuntina || 9 *Livius* XXXVIII 36, 4 || 12 add. Oudendorpius | ea quoque prodigia, quae anno a. u. c. 567 apparuerint, una cum consulum nominibus excidisse putat H. Hauptius || 13 *Livius* XXXVIII 22, 3 sq. || 15 aedis Opis *Livius* || 17 natus: corr. C. Barthius, sed fortasse scribendum annos natus aruspicum iussu, cf. p. 157, 20 || 18 post proelio distinxit Schefferus, at cf. *Liv.* XXXIX 54, 5; 13

M. Claudio Q. Fabio Labeone coss.

571/183

4 in area Vulcani per biduum, in area Concordiae tot-
 [59] idem diebus sanguinem pluit. in Sicilia insula nova
 maritima. Hannibal in Bithynia veneno periit. Celti-
 beri subacti.

5

L. Aemilio Paulo Cn. Baebio Tamphilo coss.

572/182

5 procellosa tempestas strage in urbe facta signa aenea
 [60] in Capitolio deiecit, signa in circo maximo cum co-
 lumnis evertit, fastigia templorum aliquot a culmine
 abrupta dissipavit. mulus tripes Reate natus. aedes 10
 Apollinis Caietae fulmine icta.

<P. Cornelio Cethego M. Baebio Tamphilo coss.>

573/181

6 in area Vulcani et Concordiae sanguinem pluit. hastae
 Martis motae. Lanuvii simulacrum Iunonis Sospitae
 lacrimavit. pestilentiae Libitina non suffecit. ex Si- 15
 byllinis supplicatum, cum sex mensibus non pluisset.
 Ligures proelio victi deletique.

Q. Fulvio L. Manlio coss.

575/179

7 nimbis continuus in Capitolio signa aliquot deiecta. ful-
 [61] mine Romae et circa plurima decussa. in lectisternio 20

2 *Livius XXXVIII* 46, 5; 56, 6, *Orosius III* 20, 30 ||
 4 mari nata *Scaliger* mari innata *Heinsius* mari enata *Ou-*
dendorpius mari edita *Schefferus* || 7 *Livius XL* 2, 1 sq.
 tempestate strages: corr. *Oudendorpius* || 11 ictae: corr. *Sigo-*
nii || 12 supplevit *Hearnii* || 13 *Livius XL* 19, 1 || 15 sufficit:
 corr. *Iuntina* | *Livius XL* 29, 2 || 18 C. Manlius: corr. *Hear-*
nii || 19 *Livius XL* 45, 3 || 20 *Livius XL* 59, 7 sq. | lectister-
 nio in foris *Oudendorpius*, videtur simulacri Iovis accubantis
 et capite mobili instructi inferior pars veste tecta fuisse et lanx
 apposita pariter atque viris iacentibus in operculis sarcophago-
 rum Etruscorum apud I. Martha, *l'art étrusque* p. 339 sq. fig.
 233 sq. et p. 353 fig. 242

Iovis terrae motu deorum capita se converterunt; lanæ cum integumentis, quae Iovi erant apposita, decedit. de mensa oleas mures praeroserunt.

M. Iunio A. Manlio coss.

576/178

5 incendio circa forum cum plurima essent deusta, aedes Veneris sine ullo vestigio cremata. Vestae pene-
[62] tralis ignis extinctus. virgo iussu M. Aemilii pontificis maximi flagro caesa negavit ulterius interiturum. supplicationibus habitis in Hispania et Histria bella
10 prospere administrata.

C. Claudio <Ti. Sempronio Graccho coss.>

577/177

* * *

<Cn. Cornelio> Q. Petillio coss.

578/176

cum immolassent victimas consules, iecur extabuit. 9
15 Cornelius ex monte Albano rediens membris captus ad [64] aquas Cumanas mortuus, Petillius contra Ligures dimicans occisus est.

M. Lepido Q. Mucio coss.

579/175

gravi pestilentia hominum boumque cadavera non suf- 10
20 ficiente Libitina cum iacerent, vulturius non apparuit. [65] Celtiberi deleti.

Q. Aelio Paeto M. Iunio coss.

587/167

Romae aliquot loca sacra profanaque <de> caelo tacta. 11
Anagninae terra pluit. Lanuvi fax ardens in caelo [70]

1 Iovis seclussit Iahnus | lana: corr. Cuperus laena Schefferus ||
2 erat Nannius || 4 Gn. Manlio: corr. Hearnus || 8 perioch. 41 inter-
itorum: corr. Schefferus || 11 supplevit Lycosthenes || 12 exciderunt
prodigia, quae narrat Livius XLI 13, 1 sq. || 13 supplevit Ouden-
dorpheus | Lucio Petellio: corr. Schefferus || 14 Livius XLI 14, 7;
15, 1 sq. || 15 Livius XLI 16, 3 || 16 Petellius | Livius XLI 18, 11 ||
18 P. Mucio Sigonius || 19 Livius XLI 21, 5 sq. || 20 ulterius: corr.
Schefferus || 22 Aemilio: corr. Hearnus | Iulio: corr. Hearnus ||
23 Livius XLV 16, 5 | de add. Oudendorpius e Schefferus ||
24 Lauini: corr. Perizonius, cf. Seneca nat. quaest. I 1, 2

visa. Calatiae in agro publico per triduum et duas noctes sanguis manavit. rex Illyrici Gentius et Macedoniae Perses devicti.

M. Marcello C. Sulpicio coss.

588/166

12 in Campania multis locis terra pluit. in Praenestino 5
[71] cruenti ceciderunt imbres. Veienti lana ex arboribus nata. Terracinae in aede Minervae mulieres tres, quae operatae sedebant, fulmine exanimatae. ad lucum Libitinae in statua equestri aenea ex ore et pede aqua manavit diu. Galli Ligures deleti. 10

comitia cum ambitiosissime fierent et ob hoc senatus in Capitolio haberetur, milvus volans mustelam raptam de cella Iovis in medio consessu patrum misit. sub idem tempus aedes Salutis de caelo tacta. in colle Quirinali sanguis terra manavit. Lanuvii fax in caelo 15 nocte conspecta. fulmine pleraque discussa Cassini et sol per aliquot horas noctis visus. Teani Sidicini puer cum quattuor manibus et totidem pedibus natus. urbe <lu>strata pax domi forisque fuit.

Cn. Octavio T. Manlio coss.

589/165

13 pestilentia fameque ita laboratum, ut ex Sibyllinis 21
[72] populus circa compita sacellaque operaturus sederit. in aede Penatium valvae nocte sua sponte adapertae, et lupi Esquilii et in colle Quirinali meridie apparuerunt exagitatique fuerunt. urbe lustrata nihil triste 25 accidit.

4 P. Sulpicio: *corr. Oudendorpius* || 6 Veienti] *cf. p. 161, 22* || 7 *cf. p. 155, 3 Tarracinae post Iuntinam editores* || 8 locum: *corr. Schefferus* || 9 equi ante aqua *add. Schefferus* || 10 interdiu *Mommсенus* | Galli et Ligures *Dukerus* || 15 sanguine *Stephanus* | e terra *H. I. Muellerus* || 16 decussa *Schefferus* | Casini *Iahnus* || 17 per aliquot horas *per errorem adiectum esse putat Luterbacherus* || 19 strata: *corr. Stephanus* || 22 operatus *Freinsheimius* || 25 fugerunt *H. I. Muellerus*

T<i>. Graccho M'. Iuuentio coss.

591/163

Capuae nocte sol visus. in agro Stellati fulgure ver- 14
vecum de grege pars exanimata. Terracinae pueri [73]
trigemini nati. Formiis duo soles interdium visi. cae-
lum arsit. †Concii homo ex speculo acie orta com-
bustus. Gabiis lacte pluit. fulmine pleraque decussa
in Palatio. in templum Victoriae cygnus inlapsus per
manus capientium effugit. Priverni puella sine manu
nata. in Cephallenia tuba in caelo cantare visa. terra
10 pluit. procellosa tempestate tecta diruta stragesque
agrorum facta. crebro fulminavit. nocte species solis
Pisauri adfulsit. Caere porcus humanis manibus et
pedibus natus, et pueri quadrupedes et quadrumanes
nati. ad forum Aesi bovem flamma ex ipsius ore nata
15 non laesit.

P. Scipione Nasi<ca> C. Marcio coss.

592/162

Anagniae caelum nocte arsit. fulmine pleraque de- 15
cussa. Frusinone bos locutus. Reate mulus tripes na- [74]
tus. Cn. Octavius, legatus in Syria, per Lysiam, tuto-
20 rem Antiochi pueri, in gymnasio occisus.

L. Lentulo C. Marcio coss.

598/156

procellosa tempestate in Capitolio aedes Iovis et circa 16
<omnia> quassata. ponti<fic>is maximi tectum cum [75]
columnis in Tiberim deiectum. in circo Flaminio
25 porticus inter aedem Iunonis Reginae et Fortunae

1 T. Graccho: *corr. Iahnus* | M. Iuuentio: *corr. Hearnius* ||
3 pueri tres gemina natura Oudendorpius pueri trimani Wop-
kensius || 5 Comi vel Cominii Cuperus Compsae Kappius Antii
Heinsius Corfinii H. Hauptius | ad proxima verba, quae graviter
corrupta esse dixit L. Wuelkerus immerito, cf. Plin. n. h. II 239 |
face H. Hauptius, sed v. Vergil. Aen. X 408, Paul. Fest. 64, 2 ||
9 turba: *corr. Perizonius* || 14 Esii: *corr. Schefferus* fluuium Aesin
Oudendorpius || 16 Nasi. Gn. Martio: *corr. Oudendorpius* ||
19 Appian. Syr. 46 || 23 omnia (vel pleraque) addidi, cf. locos
similes p. 152, 20; 157, 3; Liv. IX 23, 10 | pontis: *corr. Mommsenus*

tacta, et circa aedificia pleraque dissipata. taurus ad immolationem cum duceretur ob haec ipsa, corrui. Dalmatae Scordis<ci> superati.

Q. Opimio L. Postumio coss.

600/154

- 17 in provinciam proficiscens Postumius consul cum im- 5
[76] molaret, in plurimis victimis caput in iocinere non invenit; profectusque post diem septimum aeger Romanam relatus expiravit. Compsae arma in caelo volare visa. fulmine pleraque decussa. a Gallis et a Lusitanis Romani per arma graviter vexati. 10

M. Claudio Marcello L. Valerio Flacco coss.

602/152

- 18 turbinis vi in campo columna ante aedem Iovis de-
[77] cussa cum signo aurato; cumque aruspices respondissent magistratum et sacerdotum interitum fore, omnes magistratus se protinus abdicaverunt. quod 15
Ariciae lapidibus pluerat, supplicatio habita, item quod Romae multis locis species toga<to>rum visae adpropinquantium oculos eludebant. in Lusitania varie, in Gallia prospere pugnatum.

Spurio Postumio L. Pisone coss.

606/148

- 19 vasto incendio Romae cum regia quoque ureretur, sa- 21
[78] crarium et ex duabus altera laurus ex mediis ignibus inviolatae steterunt. Pseudophilippus devictus.

2 duceretur, ob haec ipsa: *distinxi* d. adhuc ipse, *Schefferus* d. sub h. ipsa, *amicus Oudendorpii* d. Iovi, ipse *Heinsius* d. ob haec, ipse *Iahnus* || 3 Scordis: *corr. Schefferus* || 4 L. Opimio. Quinto Posthumio: *corr. Iahnus* || 8 Consae: *corr. Cuperus* || sonare *Heinsius* || 10 per arva *Cuperus* || 12 in Capitolio *Pighius* || 15 magistratu *Stephanus* || 16 pluerat. ita supplicatio habita, quod: *transposuit et corr. Schefferus lacunam post ita statuit Oudendorpius ante quod Iahnus novendiale sacrum fuit, quod Ariciae H. Hauptius* || 17 togarum: *corr. Freinshemius* || 23 inuiolata est, et erunt: *corr. Oudendorpius inuiolata extiterunt vir quidam doctus apud Schefferum*

P. Africano C. Livio coss.

607/147

Amiterni puer tribus pedibus, una manu natus. Ro- 20
mae et circa fulmine pleraque icta. Caere sanguinis [79]
rivi terra fluxerunt et nocte caelum ac terra ardere
visum. Frusinone aurum sacrum mures adroserunt.
Lanuvii inter horam tertiam et quintam duo disco-
lores circuli solem cinxerunt rubente alter, alter can-
dida linea. stella arsit per dies triginta duos. ** et
cum Carthago obsideretur, in captivos Romanorum
per Hasdrubalem barbaro more saevitum, mox Car-
thago per Aemilianum diruta.

Appio Claudio Q. Metello coss.

611/143

[Amiterni puer tribus pedibus natus. †Caurae san- 21
guinis rivi e terra fluxerunt.] cum a Salassis illata [80]
clades esset Romanis, decemviri pronuntiaverunt se in-
venisse in Sibyllinis, quoties bellum Gallis illaturi
essent, sacrificari in eorum finibus oportere.

L. Metello Q. Fabio Maximo coss.

612/142

fames et pestilentia cum essent, per decemviros sup- 22
plicatum. Lunae androgynus natus praecepto arus- [81]
picum in mare deportatus. tanta fuit Lunensibus
pestilentia, ut iacentibus in publicum passim cada-
veribus qui funerarent defuerint. in Macedonia exer-
citus Romanus proelio vexatus; adversus Viriathum
dubie dimicavit.

1 Africano. et: corr. Oudendorpius | Laelio: corr. Pighius ||
4 e terra Stephanus, sed v. 166, 2 | caelum Atellae ardere
Schefferus || 5 cf. Senecae apocol. 7, 1, Plin. n. h. VIII 221 sq. ||
8 et suspectavit Schefferus seclausit H. I. Muellerus duos Setiae
Iahnus || 12 P. Metello: corr. Hearnus || 13 Amiterni — fluxe-
runt e cap. 20 iterata cancellis saepsit Iahnus a scriptore ipso
repetita esse putat Perizonius | Corae Heinsius Caere Peri-
zonius || 14 Cass. Dio XXII fragm. 74, 1, Frontinus de aqu. 7 ||
20 Orosius V 4, 8 sq. || 22 publico H. Hauptius, sed v. p. 154, 13 ||
25 dimicatum Scaliger

23

Q. Caepione C. Laelio coss.

614/140

- [82] Praeneste et in Cephallenia signa de caelo cecidisse visa. mons Aetna ignibus abundavit. prodigium maioribus hostiis quadraginta expiatum. annus pacatus fuit Viriatho victo.

5

M. Aemilio C. Hostilio Mancino coss.

617/137

- 24 cum *Lavinii* auspicarentur, pulli e cavea in silvam
[83] Laurentinam evolarunt neque inventi sunt. Praeneste fax ardens in caelo visa, sereno intonuit. Terracinae M. Claudius praetor in nave fulmine conflagrav. la-
cus Fucinus per milia passuum quinque quoquo ver-
sum inundavit. in Graecostasi et comitio sanguine fluxit. Esquiliis equuleus cum quinque pedibus natus. fulmine pleraque decussa. Hostilius Mancinus consul in portu Herculis cum conscenderet navem petens Nu-
mantiam, vox improvise audita: mane Mancine. cum-
que egressus postea navem Genuae conscendisset, an-
guis in navi inventus e manibus effugit. ipse consul devictus, mox Numantinis deditus.

L. Furio <S.> Atilio Sarrano coss.

618/136

- 25 Regium paene totum incendio consumptum sine ullo
[84] humanae fraudis aut negligentiae vestigio. puer ex ancilla quattuor pedibus manibus oculis auribus et duplici obsceno natus. Puteolis in aquis calidis rivi manarunt sanguine. fulmine pleraque deiecta. puer
aruspicum iussu crematus cinisque eius in mare de-
iectus. a *Vaccaeis* exercitus Romanus caesus.

1 Gn. Caepione: corr. *Oudendorpius* || 2 cecinisse *Perizonius*, sed in memoriam revoca Graecorum ἀγέλαστα διοπετῆ || 3 *Seneca nat. quaest. II 30, 1* || 7 *Livii per. 55 Valerius Maximus I 6, 7, Orosius V 4, 19* | *Lanuuii: corr. Cluverius* || 10 cum nave *Iahnus* || 11 quoque: corr. *Stephanus* || 12 num sanguen? || 20 *S. add. Panvinus* || 22 *Orosius V 6, 1; 4, 19* || 27 ab *Achaeis: corr. Oudendorpius Vardaeis Pighius*

Ser. Flacco Q. Calpurnio coss.

619/135

mons Aetna maioribus solito arsit ignibus. Romae 26
puer solidus posteriore naturae parte genitus. Bono- [85]
niae fruges in arboribus natae. bubonis vox primum
5 in Capitolio, dein circa urbem audita. quae avis prae-
mio posito ab aucupe capta combustaque; cinis eius
in Tiberim dispersus. bos locutus. in Numantia res
male gestae, exercitus Romanus oppressus.

P. Africano C. Fulvio coss.

620/134

10 in Amiterno sol noctu visus, eiusque lux aliquandiu 27
fuit visa. bos locutus et nutritus publice. sanguine [86]
pluit. Anagninae servo tunica arsit et intermortuo
igne nullum flammae apparuit vestigium. in Capitolio
nocte avis gemitus similes hominis dedit. in aede lu-
15 nonis Reginae scutum Ligusticum fulmine tactum. fu-
gitivorum bellum in Sicilia exortum, coniuratione ser-
vorum <in> Italia oppressa.

<P. Mucio L. Pisone coss.>

621/133

Tiberius Gracchus ** legibus ferendis occisus. pro 27 a
20 ditum est memoria, Tiberium Gracchum, quo die periit,
tristia neglexisse omina, cum domi et in Capitolio sa-
crificanti dira portenderentur, domoque exiens sinistro
ad limen offenso pede decusserit pollicem, et corvi
fragmentum tegulae ante pedes eius proiecerint ex
25 stillicidio. in lacu Romano lacte rivi manarunt. Lunae
terra quattuor iugerum spatio in profundum abiit et
mox de caverna lacum reddidit. Ardeae terra pluit.

2 Orosius V 6, 2 || 4 cf. Plinius n. h. XVIII 166 | cf. ibid. X
34 sq. || 7 in Numantiam Schefferus || 11 fuit seclusit H. I. Muel-
lerus fulsit H. Hauptius || 14 noctua avis Schefferus | humanis
Heinsius || 17 in addidit Iahnus || 18 supplevit Oudendorpius ||
19 lacunam indicavit Iahnus, verbis tr. pleb. expleverim, cf. Florus
II 2, 6 in add. Kornemannus conferens p. 1615 || 20 Valer. Max.
(Par.) I 4, 2 || 24 proiecerunt: corr. Stephanus || 25 Romae Iahnus

Minturnis lupus vigilem laniavit et inter tumultum effugit. Romae bubo et alia avis ignota visa. in aede lunonis Reginae clausis per biduum valvis infantis vox audita. scuta novo sanguine maculata. puella quadrupes nata. in agro Ferentino androgynus natus 5 et in flumen deiectus. virgines ter novenae canentes urbem lustraverunt.

<P. Popillio P. Rupilio coss.>

622/132

27b in Italia multa milia servorum, quae coniuraverant, aegre comprehensa et supplicio consumpta. in Sicilia fugitivi Romanos exercitus necaverunt. Numantia diruta.

C. Claudio M. Perperna coss.

624/130

28 Reate mulus cum quinque pedibus natus. Romae in [87] Graecostasi lacte pluit. lupus et canis Hostiae pug- 15 nantes fulmine exanimati. grex ovium in Apulia fulmine exanimatus. praetor populi Romani uno ictu fulmine exanimatus. Terracinae sereno navis velum in aqua deiectum; et impensas omnis, quae ibi erant, ignis absumpsit. Publius Crassus adversus Ariston- 20 cum dimicans occisus. Apollinis simulacrum lacrimavit per quatrimum. vates portenderunt Graeciae fore exitum, unde deductum esset. sacrificatum tum a Romanis donaque in templo posita. Phrygia recepta Asia Attali testamento legata Romanis. An- 25

2 Alifis avis *H. Hauptius* || 4 nova *Cuperus* || 8 addidit *Oudendorpius* || 13 Appio Claudio: *corr. Panvinius* || 15 agro Cortasi: *corr. Munckerus* || 17 fulmine exanimatum *ex versu* 18, *ubi post uelum traditur, huc reposui et correxi* || 18 fulminis *Schefferus* || 19 aquas *Schefferus* aquam *Barthius* [impensas] *v. Pallad. I 9, 4, Frontin. de aq. 124* || 21 *Augustinus de civ. d. III 11, Cass. Dio XXIV fragm. 84, 2* | Cumis post simulacrum addidit *Iahnus, sed deest apud Dionem quoque* || 22 responderunt *Munckerus* || 24 lacunam post Phrygia *Iahnus indicavit et excepta intercidissee coniecit, sed Asia — legata ablativum absolutum esse Oudendorpius docuit*

tiocho regi Syriae ingenti exercitu dimicanti hirundines in tabernaculo nidum fecerunt. quo prodigio neglecto proelium commisit et a Parthis occisus est.

<C. Sempronio M'. Aquilio coss.>

625/129

5 ** M. Fulvii Flacci triumviri ** dissensione in legibus ferendis **. angues duo nigri in cella Minervae allapsi civilem caedem portenderunt. 28a

M. Aemilio L. Aurelio coss.

628/126

nocturna tempestate in Capitolio aliquot templa concussa sunt. Romae et circa fulmine pleraque de-
iecta sunt. Aetna mons terrae motu ignes super verticem late diffudit, et ad insulas Liparas mare efferebuit et quibusdam adustis navibus vapore plerosque
15 navalis exanimavit, piscium vim magnam exanimem dispersit, quos Liparenses avidius epulis appetentes contaminatione ventris consumpti, ita ut nova pestilentia vastarentur insulae. quod prodigium aruspicum responso seditionem, quae post tempora ea fuit, portendit.

M. Plautio M. Fulvio coss.

629/125

in arboribus fruges natae sunt. oleo et lacte in Veiente pluit. bubo in Capitolio visus. Arpis lapideus imber triduo *** apparuit locustarum ingenti agmine in Africa, quae a vento in mare deiectae

4 addidit Iahnus || 5 lacunas indicaverunt Iahnus et H. I. Muellerus | dissensiones Iahnus || 11 Orosius V 10, 11, Strabo VI p. 277, Plin. n. h. II 203 || 12 insulam Liparas: corr. Iahnus, cf. vs. 17 Lipara insula Orosius insulam Liparam Schefferus || 18 tempora patuit: correxi tempore Gracchi fuit H. Hauptius tempore patuit Iahnus || 20 P. Plautio: corr. Oudendorpius || 22 rapidus fiber Oudendorpius || 23 Livii per. 60, Augustinus de civ. d. III 31, Oros. V 11 | orationem hiare Schefferus vidit cecidit; vis (vel multitudo) inseruit H. Hauptius, sed vereor, ne plura inter-ciderint | ingentia agmina Lycosthenes || 24 devectae Heinsius

fluctibusque eiectae odore intolerabili Cyrenis mortifero<que> vapore gravem pestilentiam fecerunt pecori; hominumque DCCC milia consumpta tabe proditum est. Fregellae, quae adversus Romanos coniuraverunt, dirutae. Ligures Sallyes trucidati.

C. Cassio Longino C. Sextio coss.

- 31 in Graecostasi lacte pluit. fulmine Crotone grex ovium
[91] cum cane et tribus pastoribus exanimatus. Saturae vitulus biceps natus. tumultus in urbe fuit <C.> Graccho leges ferente.

Cn. Domitio C. Fannio coss.

- 32 in foro Vessano androgynus natus in mare delatus
[92] est. in Gallia tres soles et tres lunae visae. vitulus biceps natus. bubo in Capitolio visus. Aetnae incendio Catina consumpta. Sallyes et Allobroges devicti.

L. Opimio Q. Fabio Maximo coss.

- 33 grex luporum limites, qui in agrorum divisione per
[93] C. Gracchum depositi erant, dissipavit. ipse Gracchus in Aventino occisus.

L. Aurelio Cotta L. Caecilio coss.

- 34 androgynus in agro Romano annorum octo inven-
[94] tus et in mare deportatus. virgines ter novenae in urbe cantarunt.

M. Catone Q. Marcio coss.

- 35 Catone consule immolante exta tabuerunt, caput io-
[95] cineris inventum non est. lacte pluit. terra cum

1 mortifero: *corr. Iahnus* et mortifero *Oudendorpius* || 2 fecerunt. pecoris hominumque *Schefferus* || 4 coniuraverant *Heinsius* || 6 Sextilio: *corr. Hearnus* || 8 Saturniae *Scaliger* || Asturae *Cluverius* || 9 C. addidit *Iahnus* || 12 Suessano *Ortelius* Vescino vel Vesciano *Oudendorpius* Vestino *Scaliger* || 13 *Plin. nat. hist. II 99* || 14 *Orosius V 13, 3, Augustinus de civ. d. III 31* || et ex: *corr. Oudendorpius* || 15 cathena: *corr. Oudendorpius* || 18 dispositi? || 20 Aurelio .et. L: *corr. Iahnus* || 24 Quintio Martio: *corr. Lycosthenes*

mugitu tremuit. examen apum in foro consedit. sacrificium ex Sibyllinis.

L. Caecilio † L. Aurelio coss.

637/117(?)

fulmine Romae et circa pleraque tacta. Praeneste 36
5 lacte pluit. hastae Martis in regia motae. Priverni [96]
terra septem iugerum spatio in caverna desedit. Saturniae androgynus annorum decem inventus et mari demersus. virgines viginti septem urbem carmine lustraverunt. reliquum anni in pace fuit.

M'. Acilio C. Porcio coss.

640/114

P. Elvius eques Romanus a ludis Romanis cum in 37
Apuliam reverteretur, in agro Stellati filia eius virgo [97]
equo insidens fulmine icta exanimataque, vestimento deducto in inguinibus, exerta lingua, per inferiores
15 locos ut ignis ad os emicuerit. responsum infamiam virginibus et equestri ordini portendi, quia equi ornamenta dispersa erant. tres uno tempore virgines Vestales nobilissimae cum aliquot equitibus Romanis incesti poenas subierunt. aedes Veneri Verticordiae facta.

C. Caecilio Cn. Papirio coss.

641/113

Albanus mons nocte ardere visus. aedicula et signum 38
num de caelo tacta. ara Salutis interrupta. terra in [98]
Lucanis et Privernati late hiavit. in Gallia caelum ardere visum. Cimbri Teutonique Alpes transgressi
25 foedam stragem Romanorum sociorumque fecerunt.

1 sacrificatum *Stephanus* || 3 L. Caecilio C. Licinio *H. Hauptius* Q. Caecilio Q. Mucio *Pighius* M. Caecilio M. Aemilio *H. I. Muellerus* || 6 *Cicero de div. I 97* | cavernam *Schefferus* ingenti caverna *Lutrbacherus* || 10 M. Acilio: *corr. Hearnius* || 11 *Orosius V 15, 20 sq.*, *Plutarchus qu. Rom. 83, perioch. 63*, *Cassius Dio XXII fragm. 87, 1 sq.* | Pompeius *Elvius: corr. Mommsenus* || 12 Apulia: *corr. Schefferus* || 14 deducto *Heinsius* | in *delevit Wopkensius* || 20 *Plin. nat. hist. II 100* || 21 nomen aediculae et signi intercidisse putat *Schefferus* Iovis aedicula *Jahnus*

P. Scipione L. Calpurnio coss.

643/111

- 39 maxima pars urbis exusta cum aede Matris magnae.
 [99] lacte per triduum pluit, hostiisque expiatum maioribus.
 Iugurthinum bellum exortum.

4

Sergio Galba M. Scauro coss.

646/108

- 40 avis incendiaria et bubo in urbe visae. in laetomiis
 [100] homo ab homine adesus. ex Sibyllinis in insula Cimolia sacrificatum per triginta ingenuos patrimos et matrimos totidemque virgines. multa milia hominum intumescente Pado et stagno Arretino obruta. bis 10
 lacte pluit. Nursiae gemini ex muliere ingenua nati, puella integris omnibus membris, puer a parte priore alvo aperto ita, ut nudum intestinum conspiceretur, idem posteriore natura solidus natus, qui voce missa expiravit. contra Iugurtham prospere dimicatum. 15

Q. Servilio Caepione <C.> Atilio Sarrano coss.

648/106

- 41 Amiterni cum ex ancilla puer nasceretur, ave dixit.
 [101] in agro Perusino et Romae locis aliquot lacte pluit. inter multa fulmine icta Atellis digiti hominis quatuor tamquam ferro praecisi. argentum signatum afflatu fulminis diffluit. in agro Trebulano mulier nupta civi Romano fulmine icta nec exanimata. fremitus caelestis auditus et pila caelo cadere visa. sanguine pluit. Romae interdum fax sublime volans conspicua. in aede Larum flamma a fastigio ad summum 25
 columnen penetravit innoxia. per Caepionem consulem senatorum et equitum iudicia communicata. cetera in pace fuerunt.

6 *Plin. nat. hist. X 36* | *Vrbem: corr. Stephanus* | *lautomiis Schefferus latomiis H. Hauptius* || 7 *Cimolo H. Hauptius* ||
 14 *inde Pighius item Oudendorpius* || 16 *C. add. Oudendorpius* ||
 17 *post dixit verba P. Sarrano. G. Atilio Coss. delevit Schefferus*

P. Rutilio Cn. Mantio coss.

649/105

Trebulae Mutuscae ante quam ludi committerentur, 42
canente tibicine angues nigri aram circumdederunt, de- [102]
sinente cantare dilapsi. postero die exorti a populo
5 lapidibus enecati. foribus templi adaperitis simulacrum
Martis ligneum capite stans inventum. a Lusitanis
exercitus Romanus caesus.

C. Mario C. Flavio coss.

650/104

bubo extra urbem visus. bos locuta. Trebulae Mu- 43
10 tuscae simulacrum in templo, quod capite adaperto [103]
fuit, opertum inventum. Nuceriae ulmus vento eversa
sua sponte erecta in radicem convaluit. in Lucanis
lacte, Lunae sanguine pluit. Arimini canis locutus.
arma caelestia tempore † utroque ab ortu et occasu
15 visa pugnare et ab occasu vinci. aruspicum responso
populus stipem Cereri et Proserpinae tulit. virgines
viginti septem dona canentes tulerunt. luna interdiu
cum stella ab hora tertia usque ad horam septimam
apparuit. a fugitivis et desertoribus in Thurinis re-
20 giones vastatae. Cimbri Alpes transgressi post Hispani-
am vastatam iunxerunt se Teutonis. lupus urbem
intravit. fulminis ictu vultures super turrem exani-
mati. hora diei tertia solis defectus lucem obscuravit.
examen apium ante aedem Salutis consedit. in co-
25 mitio lacte pluit. in Piceno tres soles visi. in agro
Vulsiniensi flamma e terra orta caelumque visa con-

1 Atilio et Cornelio Manilio: *corr. Oudendorpius* || 2 et 9 Mu-
tuescae Iahnus || 2 Granius Licin. p. 21a || 8 Flacc.: *corr.*
Oudendorpius || 10 adaperto: *corr. Heinsius* || 11 apertum Sche-
fferus | Plinius nat. hist. XVI 132 || 12 coaluit Lycosthenes ||
13 Ameriae Pighius || 14 Plinius nat. hist. II 148, Plutarch.
Mar. 17 | tempore nocturno utrimque Iahnus, lacuna ante
arma indicata | Tuderte Ameriaeque ab ego tamquam tempore
diurno et nocturno vel matutino et vespertino explicat Schefferus,
sed fortasse glossa est ad ab o. e. o. adscripta || 19 Tigurinis
Oudendorpius || 20 per: *corr. Burmannus* || 21 inuasam Iahnus ||
22 super curiam Schefferus

tingere. in Lucanis duo agni equinis pedibus nati, alter siminino capite. in Tarquiniensi lactis rivi terra scaturienti exorti. aruspicum responso signa oleaginea duo armata statuta supplicatumque. in Macedonia Thraces subacti.

C. Mario Q. Lutatio coss.

652/102

44 novendiale sacrum fuit, quod in Tuscis lapidibus plu-
[104] erat. urbs aruspicum iussu lustrata. hostiarum cinis per decemviros in mare dispersus, et per dies novem per magistratus circa omnia templa et municipia pompa ducta supplicatum. hastae Martis in regia sua sponte motae. sanguine circa amnem Anienem pluit. examen apium in foro boario in sacello consedit. in Gallia in castris lux nocte fulsit. puer ingenuus Ariciae flamma comprehensus nec ambustus. 15 aedes Iovis clusa fulmine icta. cuius expiationem, quia pri(m)us monstraverat Aemilius Potensis aruspex, praemium tulit, ceteris celantibus, quod ipsis liberisque exitium portenderetur. piratae in Cilicia a Romanis deleti. Teutoni a Mario trucidati.

20

<C. Mario M'. Aquilio coss.>

653/101

44a ancilia cum crepitu sua sponte mota. servus Q. Servilii Caepionis Matri Idaeae se praecidit, et trans mare exportatus, ne unquam Romae reverteretur. urbs lustrata. capra cornibus ardentibus per urbem ducta, 25

2 feminino Iahnus || 3 scaturientes Heinsius scaturientis Oudendorpius, cf. p. 168, 23, al. | exorta: corr. Stephanus || 8 nonnulla prodigia ante urbs intercidiisse putat H. Hauptius || 10 circa omnia templa per magistratus: transposui, sed fortasse praestat per ante municipia addere | et compita Oudendorpius et munifica H. Hauptius || 11 supplicatum Lycosthenes || 16 Clusii Heinsius, sed v. p. 171, 13 qui Iahnus || 17 prius: corr. Schefferus | potens artis aruspex Oudendorpius potens aruspex Kappius || 19 Sicilia: corr. Sigonius || 21 supplevit Oudendorpius, cf. Livi per. 68 || 22 strepitu periocha | que: corr. Iahnus || 23 matris: corr. Pighius || 24 est portatus Schefferus | Romam Schefferus

* porta Naevia emissa relictaque. in Aventino luto pluit.
 Lusitanis devictis Hispania ulterior pacata. Cimbri
 deleti.

C. Mario L. Valerio coss.

654/100

5 fax ardens Tarquiniis late visa subito lapsu cadens. 45
 sub occasu solis orbis clipei similis ab occidente ad [105]
 orientem visus perferri. in Piceno terrae motu domi-
 cilia ruinis prostrata, quaedam convulsa sede sua in-
 clinata manserunt. fremitus armorum ex inferno au-
 10 ditus. quadrigae auratae in foro a pedibus sudaverunt.
 fugitivi in Sicilia proeliis trucidati.

M. Antonio A. Postumio coss.

655/99

bubone in urbe viso urbs lustrata. nimbis et pro- 46
 cella plurima dissipata, fulmine pleraque tacta. Lanuvii [106]
 15 in aede Iunonis Sospitae in cubiculo deae sanguinis
 guttae visae. Nursiae aedes sacra terrae motu dis-
 iecta. Lusitani rebellantes subacti. Sex. <Ti>tius tri-
 bunus plebis de agris dividendis populo cum repug-
 nantibus collegis pertinaciter legem ferret, corvi duo
 20 numero in alto volantes ita pugnauerunt supra con-
 tionem, ut rostris unguibusque lacerarentur. aruspices
 sacra Apollini litanda et de lege, quae ferebatur, super-
 sedendum pronuntiarunt. fremitus ab inferno ad cae-
 lum ferri visus inopiam famemque portendit. populus
 25 stipem, matronae thesaurum et virgines dona Cereri
 et Proserpinae tulerunt. per virgines viginti septem
 cantitatum. signa cupressea duo Iunoni Reginae po-
 sita. in Lusitania prospere a Romanis pugnatum.

5 *Plin. n. h. II 100, Lyd. de ostent. 4 || 7 praeferri: corr.*
Schefferus || 11 sine proeliis Oudendorpius, sed cf. Florus II 7, 8
pluribus proeliis ego, v. p. 168, 10 || 16 sacrae — disiectae Schef-
ferus || 17 Sextius: corr. Pighius || 22 Apollinis: corr. Schefferus ||
24 haec verba turbata esse collatis capitibus 43 et 53 Wissowa
putat || 26 lacunam, in qua seminaris nati mentio facta sit, post
tulerunt statuit H. Hauptius || 27 cantu lustratum Iahnus.

Q. Metello T. Didio coss.

656/98

47 bubone in Capitolio supra deorum simulacra viso
 [107] cum piaretur, taurus victima exanimis concidit. fulmine pleraque decussa. hastae Martis in regia motae. ludis in theatro creta candida pluit: fruges et tem- 5 pestates portendit bonas. sereno tonuit. apud aedem Apollinis decemviris immolantibus caput iocineris non fuit, sacrificantibus anguis ad aram inventus. item androgynus in mare deportatus. in circo inter pila militum ignis fusus. Hispani pluribus proeliis devicti. 10

Cn. Cornelio Lentulo P. Licinio coss.

657/97

48 supplicatum in urbe, quod androgynus inventus et
 [108] in mare deportatus erat. Pisauri terrae fremitus auditus. muri pinnae sine terrae motu passim deiectae civiles portendere discordias. Nursiae simulacrum Io- 15 vis in partem sinistram conversum. cupressea simulacra Iunonis Reginae posita per virgines viginti septem, quae urbem lustraverunt. Celtiberi M<a>edi Dardani subacti.

Cn. Domitio C. Cassio coss.

658/96

49 lupus urbem ingressus in domo privata occisus. bubo 20
 [109] in Capitolio occisus. fulmine pleraque decussa. signa aurata Iovis cum capite columnaue disiecta. Faesulis sanguine terra manavit. Arretii mulieri e naso spicae farris natae, eadem farris grana vomuit. urbe lustrata Ptolomaeus, rex Aegypti, Cyrenis mortuus 25 S. P. Q. Romanum heredem reliquit.

1 Tullio Didio: *corr. Oudendorpius* || 3 tauro, *Burmmanus* || 9 Seneca *nat. quaest. I 1, 14* | *Circeiis Lipsius, sed v. p. 171, 13* || 10 militum *delet Iahnus* || 17 cantitatum *ante per add. Oudendorpius* || 18 Medi: *corr. Pighius* || 22 statua *Iahnus, verum dicuntur non statuarum capita, sed columnarum*

L. Crasso Q. Scaevola coss.

659/95

Caere lacte pluit. Lebadiae Eutychides in templum 50
Iovis Trophonii degressus tabulam aeneam extulit, [110]
in qua scripta erant, quae ad res Romanas pertine-
rent. fulminis afflatu pleraque animalia exanimata.
5 Venafri hiatu terra alte subsedit. vultures canem mor-
tuum laniantes occisi ab aliis et comesi vulturibus.
agnus biceps, puer tribus manibus totidemque pedibus
natus At*. hastae Martis in regia motae. androgynus
10 Urbino natus in mare deportatus. pax domi foris-
que fuit.

C. Caelio L. Domitio coss.

660/94

novendiale sacrum fuit, quod in Volsca gente lapi- 51
dibus pluerat. Vulsiniis luna nova defecit et non nisi [111]
15 postero die hora tertia comparuit. puella biceps, qua-
dripes, quadrimana, gemina feminea natura mortua
nata. avis incendiaria visa occisaeque. in Vestinis in
villa lapidibus pluit. fax in caelo apparuit et totum
caelum ardere visum. terra sanguine manavit et con-
20 crevit. canes saxa tegulas vulgo roserunt. Faesulis
ingens multitudo inter sepulcra lugubri veste, pallida
facie interdiu ambulare gregatim visa. per Nasicam
Hispaniae principes, qui rebellabant, supplicio con-
sumpti, urbibus dirutis.

C. Valerio M. Herennio coss.

661/93

25 Romae et circa fulmine pleraque decussa. ancilla 52
puerum unimanum peperit. Fregellis aedes Neptuni [112]

1 P. Crasso: *corr. Iahnus* || 3 digressus: *corr. Oudendorpius* ||
5 Faesulis *vel* Vulsiniis *ante* fulminis *add. Oudendorpius* || 9 na-
tus. At: *lacunam indicavit Iahnus et Atellae coniecit at deleuit*
H. I. Muellerus Ateste ego || 10 in Urbino *H. Hauptius, sed v.*
171, 14 || 12 Laelio: *corr. Hearnus* || 14 nona *Schefferus* ||
18 fauilla lapidibusque *Iahnus* || 19 sanguinem *Schefferus* ||
contremuit *Schefferus* || 20 teg. vultures ros. *Oudendorpius* || *ex-*
ciditne lateres ante vulgo? || 22 per Flaccum *Sigonius*

nocte patefacta. maris vituli cum exta demerentur, gemini vitelli in alvo eius inventi. Arretii signum aeneum Mercurii sudavit. in Lucanis gregem vervecum, cum pasceretur, et nocte in stabulo flamma circumdata nihil adussit. Carseolis torrens sanguinis fluxit. 5 lupi urbem ingressi. Praeneste lana volitavit. in Apulia mula peperit. milvus in aede Apollinis Romae comprehensus. Herennio consuli bis immolanti caput iocineris defuit. in sacro novendiali cena deae posita a cane adesa, antequam delibaretur. Vulsiniis prima luce 10 flamma caelo emicare visa; cum in unum coisset, os flamma ferrugineum ostendit, caelum visum discedere, cuius hiatu vertex flammae apparuerunt. lustrationibus prospere expiatum. nam totus annus domi forisque tranquillus fuit.

15

C. Claudio M. Perpenna coss.

662/92

53 bubo in aede Fortunae equestris comprehensus inter
[113] manus expiravit. Faesulis fremitus terrae auditus. puer ex ancilla natus sine foramine naturae, qua humor emittitur. mulier duplici natura inventa. fax in caelo 20 visa. bos locuta. examen apium in culmine privatae domus consedit. Volaterris sanguinis rivus manavit. Romae lacte pluit. Arretii duo androgyni inventi. pullus gallinaceus quadripes natus. fulmine pleraque icta. supplicatio fuit. populus Cereri et Proserpinae 25 stipem tulit. virgines viginti septem carmen canentes urbem lustraverunt. M<a>edorum in Macedonia gens provinciam cruenta vastavit.

4 cum pasceretur] 'de die scilicet' Schefferus || 9 deae diae? || 10 dedicaretur H. Hauptius || 12 flammae: corr. Ouden-dorpius | descendere: corr. Schefferus || 13 e cuius Schefferus, sed v. p. 171, 7 et Oros. V 18, 5 || 16 Perperna Hearnius, s. v. Tacitus ann. III 62, Appian. Maced. 18, 1, alios || 17 Diodor. XXXII 12, 2 || 19 quo Stephanus || 27 Medorum: corr. Schefferus

L. Marcio Sex. Iulio coss.

663/91

Livio Druso *tr. pl.* leges ferente cum bellum Italicum 54
 consurgeret, prodigia multa apparuerunt urbi. sub [114]
 ortu solis globus ignis a septemtrionali regione cum
 5 ingenti sono caeli emicuit. Arretii frangentibus panes
 cruor e mediis fluxit. in Vestinis per dies septem lapi-
 dibus testisque pluit. Aenariae terrae hiatu flamma
 exorta in caelum emicuit. circa Regium terrae motu
 10 globus ignis ad terram devolutus, maiorque factus e
 terra ad orientem ferri visus magnitudine solem ob-
 textit. Cumis in arce simulacrum Apollinis sudavit.
 aedis Pietatis in circo Flaminio clausa fulmine icta.
 Ascido per ludos Romani trucidati. cum ex agris in
 15 urbem pecora armentaque Latini agerent, strages ho-
 minum passim facta. armenta in tantam rabiem con-
 citata sunt, ut vastando suos hostile imaginarentur
 bellum † lacrimantesque multis affectibus calamitatem
 praesagirent suis.

L. Iulio Caesare P. Rutilio coss.

664/90

Metella Caecilia somnio Iunonem Sospitam profugi- 55
 entem, quod immunde sua templa foedarentur, cum [115]
 suis precibus aegre revocatam diceret, aedem matro-
 narum sordidis obscenisque corporis coinquinatam mi-

2 Libius Troso. P. Tarquinius leges ferentes: *corr. Leopardus* || 3 Orosius V 18, 3 sq., *Cicero de divin. I 99* | Vrbini sub *Schefferus*, sed cf. *Oros.* || 7 Aeserniae Oudendorpius || 8 ter-
 remota: *corr. editio Basileensis prima terra mota H. Hauptius* ||
 9 e caelo colore *Schefferus* || 11 magnitudinem Solis: *corr.*
Oudendorpius Orosium l. m. secutus || 12 Cuius: *corr. Scaliger*,
cf. Cicero de divin. I 98, Florus I 24, 3, alios || 14 A Sylo:
corr. Schefferus | Orosius V 18, 9, *Augustinus de civ. dei III 23* ||
 15 strage Iahnus || 17 sociale Iahnus || 18 lacrimabilemque
 multis mugitibus Kappius bellum capri canesque *H. Hauptius*
 b. lacrimantesque canes ego | afflictibus Oudendorpius || 21 *Cic.*
de div. I 4; 99 || 24 gregem — coinquinatum — in quo — com-
 mundatum: *corr. Oudendorpius* || 24 menstruis *Heinsius*

nisteriis, in qua etiam sub simulacro deae cubile canis cum fetu erat, commundatam supplicationibus habitis pristino splendore restituit. a Picentibus Romani barbaro more excruciat. ubique in Latio clades accepta. Rutilius Lupus spretis religionibus, cum in extis caput 5 non invenisset iocineris, amisso exercitu in proelio occisus.

L. Sylla Q. Pompeio coss.

666/88

56 Pompe(d)ius Silo in oppidum Bovianum, quod ce-
[116] perat, triumphans invectus omen victoriae hostibus 10 ostendit, quia triumphus in urbem victricem, non victam induci solet. proximo proelio amisso exercitu occisus. Mithridati adversus socios bellum paranti prodigia apparuerunt. Stratopedo, ubi senatus haberi solet, corvi vulturem tundendo rostris occiderunt. in 15 eundem locum sidus ingens caelo demissum. Isidis species visa * fulmine petere. lucum Furiarum cum Mithridates succenderet, risus exauditus ingens sine auctore. cum aruspicum iussu virginem Furiis immolaret, e iugulo puellae risus ortus turbavit sacrificium. 20 classis Mithridatis in Thessalia † a Romanis in proelio amissa.

<Cn. Octavio L. Cinna coss.>

667/87

56a Cinna et Mario per bella civilia crudeliter saevientibus Romae in castris Gnaei Pompei caelum ruere 25 visum, arma signaque tacta, milites exanimati. ipse Pompeius afflatus sidere interiit. lectum eius populus

2 confoetuerat: corr. Schefferus confetae erat Schefferus || 3 splendori *Lycosthenes* || 4 accensa: corr. Schefferus acceptae *H. Hauptius* | Lucilius: corr. *Freinshemius* || 8 Pompeius Sylo: corr. *Vossius* || 14 stratego *Cuperus* || 17 post visa suppleo sambucam ex *Appiani Mithr.* 27 || 18 succederet *Heinsius* succideret *Burmannus Appianum ibid. secutus* || 21 incensa alia *Iahnus* | Rhodiis *Oudendorpius* a Romanis del. *H. I. Muellerus*, cf. *Appian. Mithr.* 25 aut 29 | sine proelio *Heinsius* || 22 demersa *Iahnus* accisa *Schefferus* || 23 supplevit *Oudendorpius* || 27 *Orosius V* 19, 18 (fulmine adflatus, sed cf. *Plin. n. h. II* 108)

diripuit, corpus unco traxit, quod discrimine civili per-
severasset periclitanti patriae non succurrere, cum et
imperium et maximos haberet exercitus.

<L. Cinna C. Mario coss.>

668/86

- 5 Piraeum Sylla cum oppugnaret diuturno labore, unus 56 b
miles eius aggerem ferens exanimatus fulmine. arus-
pex respondit, quod caput iacentis in oppidum ver-
sum esset, introitum et victoriam Romanis signifi-
care. post breve tempus Athenae et Piraeum a Sylla
10 capta. Illo a C. Fimbria incenso cum aedes quoque
Minervae deflagrasset, inter ruinas simulacrum anti-
quissimum inviolatum stetit spemque restitutionis op-
pido portendit.

L. Scipione C. Norbano coss.

671/83

- 15 per Syllana tempora inter Capuam et Vulturnum in- 57
gens signorum sonus armorumque horrendo clamore [118]
auditus, ita ut viderentur duae acies concurrere per
plures dies. rei miraculo intentius considerantibus ve-
stigia equorum hominumque et recens protritae her-
20 bae et virgulta visa molem ingentis belli portendere.
in Etruria Clusii mater familiae vivum serpentem pe-
perit, qui iussu aruspicum in profluentem deiectus a<d>-
versa aqua natavit. Lucius Sylla post quintum annum
victor in Italiam reversus magno terrori fuit inimicis.

4 *supplevit Oudendorpius* || 5 Diuturno labore, quod ante quod
(7) *legebatur, huc transposui* || 7 resp. haud diuturno *Schefferus* ||
10 *Augustinus de civ. dei III 7, Appian. Mithr. 53, [Aurel. Vict.]*
de vir. inlustr. 70, 3, Servius ad Vergilii Aen. II 166 || 15 *Aug-*
ustinus de civ. II 25 || 16 *armatorumque Oudendorpius* | cum *addidit*
Iahnus ante horrendo || 18 *maiore mir. Iahnus* *aream miraculi*
M. Hauptius | *miraculum Stephanus* | *itus: corr. Schefferus in-*
terius Iahnus || 19 *recentes: corr. Schefferus* *recenter Heinsius* ||
21 *Appianus civ. I 83, cf. Plinius nat. hist. VII 34* || 22 *anversa:*
corr. Stephanus

* aeditui Capitolium una nocte conflagravit. Syllae crudelitate foeda proscriptio principum fuit. centena milia hominum consumpta Italico civile bello relata sunt.

M(am). Aemilio D. Bruto coss.

677/77

- 58 D. Laelius legatus Pompei (cui prodigium Romae erat
[119] factum in lecto uxoris duo angues conspecti in diversumque lapsi, proxime Pompeio in castris sedenti accipiter super caput accesserat) in Hispania adversus Sertorium inter pabulatores occisus.

10

Cn. Octavio C. Scribonio coss.

678/76

- 59 Reate terrae motu aedes sacrae in oppido agrisque
[120] commotae, saxa, quibus forum stratum erat, discussa, pontes interrupti, ripae <prae>labentis fluminis in aquam provolutae, fremitus inferni exauditi et post
15 paucos dies, quae concussa erant, corruerunt. saxum vivum cum provolveretur, in praecipiti rupe immobile stetit. a Sertorio in Hispania exercitus Romani caesi. adversum Maedos varie dimicatum.

C. Aurelio L. Octavio coss.

679/75

- 60 Sertorio in Hispania exercitum ducenti tale prodi-
[121] gium est factum: scuta equitum parte exteriori iacul-
laeque et pectora equorum cruenta visa. quod prosperum sibi interpretatus est Sertorius, quia exteriora hostili sanguine maculari solent. continua ei proelia
25 cum successu fuerunt.

1 culpa *post* aeditui *add.* Scaliger incuria Pighius fraude ante aeditui ego Tacitum secutus hist. III 72 | *post* conflagravit nomina C. Marii Cn. Papirii Carbonis consulum inseruit H. Hauptius || 3 relatum fuit Oudendorpius || 5 Marco: corr. Oudendorpius | lacunam *post* Aemilio statuit H. Hauptius || 6 Didius: corr. Pighius || 8 elapsi Schefferus | Pompeium Munckerus a Pompeio Oudendorpius || 14 labentis: corr. Iahnus | 19 Medos: corr. Schefferus || 20 Lucio Aurelio: corr. Oudendorpius

<M. Varrone C. Cassio coss.>

681/73

Cyzicum Mithridates cum oppugnaret, Aristagorae, qui 60 a
in summo magistratu erat, Proserpina in quiete visa
est dicere adversus tibicines se tubicinem comparasse.
5 postero die turres hostium vento disiectae sunt. ad
immolandum bos sacra iniussa de montibus per hos-
tium classem adnatavit seque ad aras percutiendam
obtulit.

M. Cicerone C. Antonio coss.

691/63

10 fulmine pleraque decussa. sereno Vargunteius Pom- 61
peiis de caelo exanimatus. trabis ardens ab occasu [122]
ad caelum extenta. terrae motu Spoletum totum con-
cussum, et quaedam corruerunt. inter alia relatu(m),
biennio ante in Capitolio lupam Remi et Romuli ful-
15 mine ictam, signumque Iovis cum columna disiectum,
aruspicum responso in foro repositum. tabulae legum
aeneae ** litteris liquefactis. ab his prodigiis Cati-
linae nefaria conspiratio coepta.

<D. Iunio L. Murena coss.>

692/62

20 C. Antonius *procos.* cum in agro Pistoriensi Catili- 61 a
nam devicisset, laureatos fasces in provinciam tulit.
ibi a Dardanis oppressus amisso exercitu profugit. ap-
paruit eum hostibus portendisse victoriam, cum ad eos
laurum victricem tulerit, quam in Capitolio debuerat
25 deponere.

1 *supplevit Oudendorpius* || 2 *Plutarch. Luc. 10* || 4 Tibi-
cinem: *corr. H. Hauptius* adversus tubicines (*vel tubicinem*)
Schefferus || 9 *Cesone: corr. Muretus* || 10 *Pompeius: corr. Schef-*
ferus || 11 ab occasu ad ortum in caelo *H. Hauptius* || 13 re-
latu: *corr. Lycosthenes* || 16 reposita *Iahnus* || 17 lacunam *hic*
indicavi, in qua verba caelo tactae videntur periisse liquefactae
Oudendorpius | *Cic. in Cat. III 18, Plin. n. h. II 137, Cass.*
Dio XXXVII 25, 1 sq. || 19 *supplevit Iahnus* || 20 M. Cic. Gaio
A. — deponere, quae post devicti p. 176, 5 ponuntur, huc trans-
ponenda esse vidit *Oudendorpius* | M. Cic. Gaio Antonio Coss.:
corr. Iahnus || 23 enim *Turnebus*

Quinto Metello L. Afranio coss.

694/50

- 62 die toto ante sereno circa horam undecimam nox se
 [123] intendit, deinde restitutus fulgor. turbinis vi tecta
 deiecta. ponte sublapso homines in Tiberim praecipi-
 tati. in agris pleraeque arbores eversae radicibus. Lu-
 sitani Gallaeci devicti.

<Cn. Domitio M. Messala coss.>

701/53

- 63 lupi in urbe visi. nocturni ululatus flebiles canum
 auditi. simulacrum Martis sudavit. fulmen tota urbe
 pervagatum pleraque deorum simulacra decussit, ho-
 mines exanimavit. urbs lustrata. propter dictaturam
 Pompeii ingens seditio in urbe fuit.

L. Domitio Appio Claudio coss.

704/50 (2)

- [124] M. Crassus ad Parthos profectus cum Eufratem trans-
 64 iret, multa prodigia neglexit. cum etiam coorta tem-
 pestas signifero signum abreptum mersisset gurgiti,
 et offundente <se> nimborum caligine prohiberentur
 transire, pertinaciter perseverans cum filio et exercitu
 interiit.

L. Paulo C. Marcello coss.

704/50

- 65 mula pariens discordiam civium, bonorum interitum,
 [125] mutationem legum, turpes matronarum partus signi-
 ficavit. incendium, quo maxima pars urbis deleta est,
 prodigii loco habitum. inter Caesarem et Pompeium
 bella civilia exorta.

<C. Caesare P. Servilio coss.>

706/48

- 65a adversus Caesarem Pompeius <in> Macedonia cum in-
 vitatis gentibus amicis instrueret aciem, a Dyrrhachio

5 radictius Schefferus || 6 Callaeci Oudendorpius || 7 sup-
 plevit Oudendorpius || 8 Cassius Dio XL 17, 1 || 13 Gneo:
 corr. Oudendorpius || 15 Florus I 46, 4 | enim Oudendorpius ||
 16 arreptum: corr. Oudendorpius | gurgite H. Hauptius || 17 se
 add. Heinsius || 23 Orosius VI 14, 4 sq., VII 2, 11 || 26 add. Ouden-
 doriplus || 27 in add. Schefferus | incitatus a gentibus et amicis

venientibus adversa fuerunt fulmina. examen apium
in signis [†] portendit. nocturni terrores in exercitu
fuere. ipse Pompeius pridie pugnae die(m) visus in
theatro suo ingenti plausu excipi. mox acie victus
in Aegypto occisus. eo ipso die plerisque locis signa
sua sponte conversa <constat>, clamorem crepitumque
armorum Antiochiae, bis ut curreretur in muros, au-
ditum <Ptolema>ideque, sonum tympanorum Pergami.
palma viridis Trallibus in aede Victoriae sub Caesaris
statua inter coagmenta lapidum magnitudine matur(a)
enata. C. Cornelius augur Patavii eo die, cum aves
admitterent, proclamavit rem geri et vincere Caesarem.

C. Caesare M. Lepido coss.

708/46

decem legionum aquilae <Gnaeo>, Cn. Pompeii filio, 66
quae fulmina tenebant, visae dimittere et in sublime [127]
avolare. ipse adulescens Pompeius victus et fugiens
occisus.

C. Caesare M. Antonio coss.

710/44

Caesari dictatori exta sine corde inventa. Calpurnia 67
uxor somniavit fastigium domus, quod S. C. erat ad- [127]
iectum, ruisse. nocte cum valvae cubi(cu)li clausae
essent, sua sponte apertae sunt, ita ut lunae fulgore,
qui intro venerat, Calpurnia excitaretur. ipse Caesar
viginti tribus vulneribus in curia Pompeiana a con-
iuratis confossus.

Burmans invitus instigantibus a. *Iahnus* || 1 *Florus* II
13, 45, *Valerius Maximus* I 6, 12 || 2 consedit *Oudendorpius*
perniciem portendit an [in] signis praetendit? cf. p. 181, 11 ||
3 die: corr. *Schefferus* || 6 constat *sumpsi* a *Valerio* || 7 audi-
tum, indeque: *supplevi* *Valerio* *usus* || 8 in dei aede *Ouden-*
dorpius || 10 mature: corr. *Freinshemius* || 11 *Plutarchus* *Caes.*
47 || 14 decimae Legionis: corr. *Schefferus* | Aquilae Gn. Pom-
peii: corr. *Iahnus* *Cassium* *Dionem* *XLIII* 35, 4 *secutus* ||
20 sicut: corr. *Freinshemius*, cf. *Florus* II 13, 91 || 21 cubili:
corr. *Schefferus*

M. Antonio P. Dolabella coss.

710/44

68. C. Octavius testamento Caesaris patris Brundisii se
 [128] in Iuliam gentem adscivit. cumque hora diei tertia
 ingenti circumfusa multitudo Romam intraret, sol
 puri ac sereni caeli orbe modico inclusus extremae 5
 lineae circulo, qualis tendi arcus in nubibus solet,
 eum circumscripsit. ludis Veneris Genetricis, quos pro
 collegio fecit, stella hora undecima crinita sub septen-
 trionis sidere exorta convertit omnium oculos. quod
 sidus quia ludis Veneris apparuit, divo Iulio insigne 10
 capitis consecrari placuit. ipsi Caesari monstrosa ma-
 lignitate Antonii consulis multa perpeso generosa fuit
 ad resistendum constantia. terrae motus crebri fue-
 runt. fulmine navalia <et alia> pleraque tacta. tur-
 binis vi simulacrum, quod M. Cicero ante cellam Mi- 15
 nervae pridie, quam plebiscito in exilium iret, posuerat,
 dissipatum membris pronum iacuit, fractis humeris
 brachiiis capite: dirum ipsi Ciceroni portendit. tabulae
 aeneae ex aede Fidei turbine evulsae. aedis Opis val-
 vae fractae. arbores radicitus et pleraque tecta eversa. 20
 fax caelo ad occidentem visa ferri. stella per dies
 septem insignis arsit. soles tres fulserunt, circaque
 solem imum corona spic(e)ae similis in orbem emi-
 cuit, et postea in unum circulum sole redacto multis
 mensibus languida lux fuit. in aede Castoris nominum 25
 litterae quaedam Antonii et Dolabellae consulum ex-
 cussae sunt, quibus utrisque alienatio a patria signifi-
 cata. canum ululatus nocte ante pontificis maximi
 domum [Lepidi] auditi, ex his maximus a ceteris la-

1 Dolabella || 3 adseruit Schefferus adscitum auditum Luter-
 bacherus || 4 Plin. n. h. II 98, Oros. VI 20, 5, Lyd. de ost. 10b ||
 7 eam: corr. Schefferus || 14 Cassius Dio XLV 17, 2 sq. | et alia
 addidi ac pleraque Iahnus || 16 Plebiscito ante ante (15) legeba-
 tur: transposuit Schefferus || 17 nonne dissipatis? || 22 in signo
 scorpionis non fulsit H. Hauptius | Hieronym chron. a. Abr. 1973 ||
 23 spicae: corr. Schefferus | Urbem: corr. Schefferus || 25 Cassius
 Dio XLV 17, 6 || 27 utriusque Oudendorpius || 29 Lepidi seclusit
 Schefferus post ante ponit Kornemannus fiebles Iahnus

niatus turpem infamiam Lepido portendit. Hostiae grex piscium in secco reciproco maris fluxu relictus. Padus inundavit et intra ripam refluens ingentem viperarum vim reliquit. inter Caesarem et Antonium civilia bella exorta.

C. Pansa <A.> Hirtio coss.

711/43

Caesari cum honores decreti essent et imperium ad- 69
versus Antonium, immolanti duplicita exta apparue- [129]
runt. secutae sunt eum res prosperae. C. Pansae cos.
10 statua equestris [†] Antonii domi corrui. equus phaleratus
in ipsius conspectu festinans concidit. quidam e po-
pulo sanguine victimarum prolapsus respersam cruore
palmam proficiscenti dedit. funesta haec ipsi prodigia
fuerunt, qui mox adversus Antonium dimicans in mor-
15 tem vulneratus est. armorum telorumque species a
terra visa cum fragore ad caelum ferri. signa legionis,
quae relictas a Pansa ad urbis praesidium erat, veluti
longo situ inductis araneis vestiri visa. fulmine plera-
que icta. in castris Caesaris luce prima in culmine
20 praetorii super linteum consedit aquila, inde circum-
volantibus minoribus avibus excita de conspectu abiit.
oraculo Apollinis vox audita: lupis rabies hieme, aestate
frumentum non demessum. veteranis Caesari consu-
latum flagitantibus terribilis tumultus Romae fuit.
25 Caesar cum in campum Martium exercitum deduceret,
sex vultures apparuerunt. conscendenti deinde rostra
creato consuli iterum sex vultures conspecti veluti Ro-
muli auspiciis novam urbem condituro signum dede-
runt. reconciliatione inter Caesarem Antonium Lepi-
30 dum facta foeda principum fuit proscriptio.

6 A. add. *Oudendorpius* || 9 Pansa: corr. *Oudendorpius*, Cass.
Dio XLVI 33, 2 || 10 aenea domi *Oudendorpius* anticae domi?
ἀνδριᾶς — *χαλκοῦς ἐν τῷ τῆς οἰκίας προδύρα* *Dio*, sed fortasse
Antonii *dittographia vocis domi est* || 12 prolapso: corr. *Scheffe-*
rus ex Dione l. c. || 14 quippe *Oudendorpius* || 17 erant: corr.
Schefferus || 18 uenire: corr. *M. Hauptius* obretiri *Heinsius*

M. Lepido Munatio Planco coss.

712/42

70 mula Romae ad duodecim portas peperit. canis aedi-
 [130] tui mortua a cane tracta. lux ita <nocte> fulsit, ut
 tamquam die orto ad opus surgeretur. in Mutinensi
 victoriae Marianae signum meridiem spectans sua sponte 5
 conversum in septentrionem hora quarta. cum haec
 victimis expiarentur, soles tres circiter hora tertia diei
 visi, mox in unum orbem contracti. Latinis in Albano
 monte cum sacrificaretur, ex hum(er)o et pollice
 lovis cruor manavit. per Cassium et Brutum in pro- 10
 vinciiis direptionibus sociorum bella gesta. notatum
 est prodigii loco fuisse, quod P. Titius praetor propter
 dissensiones collegae magistratum abrogavit; et ante
 annum est mortuus. constat neminem, qui magistra-
 tum collegae abstulerat, annum vixisse. abrogaverunt 15
 autem hi: Lucius Iunius Brutus consul Tarquinio Col-
 latino, Tib. Gracchus M. Octavio, <Cn. Octavius L. Cin-
 nae,> Cn. Cinna tr. pl. P. Marullo, Tullius **. Bruto
 et Cassio pugnam adversus Caesarem et Antonium
 molientibus in castris Cassii examen apium consedit. 20
 locus aruspicum iussu interclusus interius ducto vallo.
 vulturum et aliarum alitum, quibus strages cadaverum
 pabulo est, ingens vis exercitum advolavit. puer in
 pompa Victoriae cultu cum ferretur, ferculo decedit.
 lustratione lictor perversis fascibus lauream imposuit. 25
 Brutianis in proelium egredientibus Aethiops in porta

1 L. Munatio Oudendorpius || 2 Cassius Dio XLVII 40, 2 sq. ||
 3 nocte ante lux add. Schefferus post ita ego || 4 Veronensi
 H. Hauptius || 9 humo, a: corr. Freinshemius humero ac Schefferus ||
 12 Cassius Dio XLVI 49, 2 || 17 Cn. Octavius L. Cinnae
 inseruit Rubino || 18 Caecinnae: corr. Schefferus | P. Tarquinius
 P.: corr. Rupertus, v. p. 171, 2 Cornelius Cinna L. Cornelio Merulae
 et Flavio. Bruto Freinshemius | lacunam post Tullius indicavit
 Iahnus || 20 Florus II 17, 7. Plutarchus Brut. 39, 48, Appianus
 civ. IV 134, Cassius Dio XLVII 40, 7 sq. || 24 Victoriam Cassii
 cum ferret ferculo, decedit Oudendorpius puer * i. p. V. cultus
 c. f. f. d. H. Hauptius, sed v. Museum Rhenan. LII (1897) p. 2

occurrit et a militibus confossus. Cassius et Brutus interierunt.

C. Furnio C. Silano coss.

737/17

sub Appennino in villa Liviae, uxoris Caesaris, in- 71
genti motu terra intremuit. fax caelestis a meri- [131]
diano ad septentrionem extenta luci diurnae similem
nocte(m) fecit. turris hortorum Caesaris ad portam
Collinam de caelo tacta. insidiis Germanorum Romani
circumventi sub M. Lollio legato graviter vexati.

Paulo Fabio Q. Aelio coss.

743/11

in Germania, in castris Drusi examen apium in ta- 72
bernaculo Hostilii Rufi, praefecti castrorum, consedit [132]
ita, ut funem praetendentem praefixamque tentorio lan-
ceam amplecteretur. multitudo Romanorum per insi-
dias subiecta est.

3 Syllano: corr. *Oudendorpius* || 6 lucem *Stephanus* || 7 in
nocte: corr. *Freinshemius* || 8 Romanorum Germani: corr. *Schef-*
ferus, v. *Velleius II* 97, *Suetonius Aug.* 23, *Cassius Dio LIV*
20, 5 ante insidiis vel ante sub (9) compluria verba excidisse
putat *H. Hauptius* || 11 apium | cum in || 12 *Rutilii*: corr. *Freins-*
hemius || 14 Germanorum — subacta *Iahnus*, v. *Plinius n. h.*
XI 55, unde cum pateat prosperrime post hoc prodigium pug-
natum esse, fieri non potest, quin ultimum enuntiaturum ad Vari-
cladem pertineat